

SUB
AUSPICATISSIMO REGIMINE
AUGUSTISSIMI, SERENISSIMI ATQUE
POTENTISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI,

**DN. FRIDERICI
WILHELMI,**

**REGIS BORUSSIÆ,
MARCHIONIS BRANDEN-
BURGICI, S.R.I. ARCHI-CAMERARII
ET PRINCIPIS ELECTORIS,
&c. &c. &c.**

*Patriæ Patris, Domini sui longè Clementissimi
ac Nutricii Munificentissimi,*

**Hanc seriem Prælectionum per Semestre
æstivum Anno MDCCXXV.**

Exhibent

**PROFESSORES ACADEMIÆ
REGIOMONTANÆ.**



REGIOMONTI, Litteris REUSNERIANIS.

JOHANN. Stein / U. J. D. & Prof. Primar. h. t. ACADEMIE RECTOR & Facultatis juridicæ
DECANUS, in prælectionibus publicis ad Ludovici doctrinam Pandectarum ad lib. 44. tit. 3. *de diversis*
temporalibus præscriptionibus progressus. In hoc opere perget operamque navabit, ut collegium hoc
semestri tam legendo quàm examinando absolvat.

HENRICUS LYSIUS, S. Theolog. D. & Prof. Primar. h. t. Facult. DECANUS, in usum publicum
duas impendet quotidie horas, matutinas scilicet a 6. usque ad 8vam. Priorem, lectionibus de studio
theologico rite instituendo. Posteriorem lectionibus exegeticis, in quibus pervenit ad epist. ad Coloss.
& sequent. Initium Lectionum DEI gratia facturum est crastino die Lunæ.

CHRISTIANUS MASECOVIUS, S. Theol. Doct. & Prof. Ord. Secund., præterito semestri
hiberno *privatim* ad finem perduxit Collegium super *Fechii Sylog. recent. Controv.*, in cujus locum juxta
prom. surrogavit Collegium *Historicum Ecclesiast. Publicè* continuavit Lectiones super *Matthæum*, Dispu-
tationibus verò publicis *de Curios Th. V. & P. IV. adjecit.* Jam B. C. D. per instans semestre continuabit
privatim ab hora pomerid. V. ad VI. Historiam Ecclesiasticam, nec non *Collegium Homileticum practicum*
eâ quâ visum fuerit hora Auditoribus in tabula exhibebit. *Publicè* perget Matthæum explanare ab ho-
ra IX. ad X. & cum hisce Lectionibus Lectiones alternabit super *Acta Apostolorum.* Materiam *de Curiosa*
Theol. V. & Periculosa, sicuti nullus dubitat, disputationibus ad finem perducet.

CHRISTIANUS SAHMIUS, S. S. Theol. D. & Professor Ordinarius Tert. Collegium Pastorale
diligenter continuavit, & fere ad finem perduxit. Occupatus nunc est in ostendendis fontibus Scri-
pturæ, ex quibus Consolatio variis Tentationum generibus afflictis potest adhiberi. Restant tria capi-
ta, quæ intra paucas Septimanas adjiciet; quibus absolutis locum de Lege DEI, ad ductum B. Dieterici
D. A. explicabit. Legit Hora X.

IO. IACOB. QVANDT, S. Theol. D. & Prof. Ord. Quart. Controversias Theologicas tracta-
re constituit, quas præmissa Thesi non explicabit solum sed & disputando publicæ ventilationi subjiciet.
Addet horis selectis explanationem Epistolæ ad Galatas. Legit hora I. ad II.

HENRICUS Liedert / S. Theol. D. & Prof. diebus Mercurii & Sabbathi hor. IV. repetendo, &
Theologiam Historicam absolvet, & Theticam inchoabit.

JOHANNES BEHM, S. Theol. Doct. & Prof. Extraord. Lectiones publicas ex Historia Eccle-
siastica V. T. adjecta Epocha VI. auditoribus ita postulantibus, cum disputationibus e Theologia thetico-
polemica petitis commutavit, harumque XI. habuit, in quo labore etiam diebus consuetis, Mercurii &
Sabbathi, hora II. pomerid. sedulo perget. In privatis autem lectionibus Historiam Ecclesiasticam N. T.
absolvit in exegetico collegio ultra medium progressus, in thetico vero circa partem ultimam, quæ de
Mediis salutis agit, substitit. Adjectis quæ ex utroque labore restant ad Introductionem in Libros Bi-
blicos, ut & homileticam progredietur.

CHRISTOPHORUS Langhansen / S. Theol. D. & P. P. cæptas diebus mercurii & sabbathi
ab hora VIII. ad IX. prælectiones catecheticas ductu B. Speneri sedulo continuabit.

DAVID Vogel / S. Theol. D. & P. P. Joh. Rivii libellum *de officio Ministrorum Ecclesiæ in Pagis*
Epistolicum ob raritatem & præstantiam cum commentatione brevi eâque succinctâ proximè prælo sub-
jici curabit. Theologiam subinde *Definitivam* seu *in speculo*, ut vocant, die Mercurii à X. ad XI. mane,
& II. ad III. à meridie ejusdem diei tradet.

JOHANN. Umsel / D. & Prof. Jur. Ordin. Sec. *Publicis Lectionibus* ab hora 2da pomeridiana in
Jctorum Auditorio est denuo interpretaturus elegantissimum *Johannis Friederici Pfeifferi* Halæ Magdeb.
a. 1721. impressum compendium, *Clavem Universe Jurisprudentiæ*, tam *Naturalis*, quam *Civilis*, *Forensis*,
Criminalis, *Feudalis Publicæ & Consistorialis* representans. In *privatis* est *Collegium Practicum*, toties jam
cum singulari eorum, qui interfuerunt, fructu habitum, repetiturus, quamprimum modò Auditorum
comparuerit numerus: de cætero, cum horæ vacent, nemini privatam, aut privatissimam ejus deside-
ranti operam in quâcunque juris parte explicanda est defuturus.

ZACHARIAS HESSE, J. U. D. & P. Ordin. Tert. officium hominis, & civis juxta libellum,
quem B. Pufendorfius eo nomine inscripsit, per semestre æstivum ab hora post meridiem quinta, usque
Sextam explicabit.

BALTHASAR TILESIIUS, J. U. D. & Profess. Ord. Quart. lectiones publicas ad Jurispruden-
tiam Struvii Romano Germanicam Forensis, nec non privatas ad Compendium Lauterbachii, præterito
semestri absolvit, Hoppii que Examen Institutionum usque libr. III. tit. XXIV tum explicavit. Per instans
publicè Strykii Examen Juris feudalis horâ pomeridianâ primâ interpretabitur, initio ad crastinum diem
sumptò, nec operam cæterum, privatam Collegium ad π. vel aliam Juris partem requisituris, denegabit.

CONRADUS Stein / J. U. D. & P. P. in collegio publico ad Examen Hoppii Institutionum
singulis diebus Mercurii & Saturni horâ secundâ sedulo perget, & nemini privatam suam operam dene-
gabit.

THEODORUS Boltz / U. J. D. & P. P. in lectionibus horâ matutinâ septimâ ad Librum
Ium Juris Prutenici commentabitur.

DANIEL NICOLAI, U. J. D. & Prof. Publ. Manuductionem ad Praxin forensis, requisitus,
hoc semestri horis pomeridianis 2da & 3tia continuabit.

REINHOLDUS FRIDERICUS SAHME, J. U. D. & Prof. Publ. in prælectionibus *publicè*
Diebus *Mercurii & Saturni*, ab horâ 7. ad 8. matut. *Jus novum Cambiale* Regni Prussiæ in ædibus suis
explicabit & futurâ Die 8. b. c. D. initium faciet: *Privatim* ab horâ 3. ad 4. Cursum universi Juris cum
perpetuâ Praxi Juris Prutenici cupidæ LL. Juventuti offert.

GEORGIUS Schult / U. J. D. & P. P. In prælectionibus publicis præterito semestri CXXXIV.
Casus notabiliores ad ductum libri primi Institutionum Imperialium absolvit, quas per instans ab hora II.

ad III. diebus Mercurii & Saturni sedulo est continuaturus. Privatim in Collegio Juris Practico haud ita pridem juxta Auditorum desiderium cepto, diebus Lunæ, Martis, Jovis & Veneris ab hora IV. ad VI. ea, quæ par est, sedulitate perget, dabitque operam, ut illud intra anni spatium ad finem perducere possit.

GEORGIUS CHRISTOPHORUS GRUBE, J. U. D. & Prof. Extraord. Publ. ad audiendas *privatim Lectiones Practicas* Nobilissimos Dominos Comitones, qui, quomodo in agendis vel decidendis in Foro causis officio suo debite fungi debeant, nosse cupiunt, invitat. *Publicas Lectiones*, quibus Diem *Mercurii & Saturni*, horamque solitam, *tertiam pomeridianam*, destinavit, continuando studio suo non defuturus.

JO. GOTTLIEB OLEARIUS, J. U. D. & P. P. DE LIBRIS STUDIO JURIS AP-PRIME NECESSARIIS, per hoc semestre, singulis Mercurii & Saturni diebus ab hora IV. ad V. tam publice disseret.

JOH. ALB. STEPHANI, J. U. D. & P. P. Privatissime in enucleando Jure Naturæ præeunte Puffendorffio de O. H. & C. à 7ma ad 8vam matutinam occupatus; post meridiem à 3tia ad 4tam Juris Canonici fundamenta explanare futura septimana incipiet. Publice autem à 4ta ad 4tam Institutiones Justinianeas, si justus ad fuerit Auditorum numerus interpretabitur.

FRIDERICUS Rabe / J. U. D. & Prof. Publ. per instans semestre materiam Juris de Actionibus utilissimam publicis in lectionibus diebus Mercurii & Saturni ab hora 9. ad 10. pertractabit, dabitque operam, ut collegium disputatorium in præcipuas Institutionum controversias cum selectissimis quibusdam Juris Cultoribus inchoare possit.

GEORGIUS Rast / Medic. D. & Profess. Prim. Facult. suæ Senior, post absolutum, adistente Divina Gratia, per decursum elapsi anni, Collegium Practicum integrum, hoc semestri se ad alias Lectiones accinget, & nunc quidem ante alia, Chirurgiam ab hora 2. ad 3. p. m. tradet.

GEORGIUS EMMERICH, Med. D. & Prof. Ord. Sec. Facult. Med. per futurum semestre **DECANUS**, in Physiologicis pauca quæ restant, absolvet, & ad Pathologiam horis destinatis ab 8. ad 9. in diebus D. J. Z. & Z. sedulo progredietur.

MELCHIOR PHILIPPUS Sartzmann / Med. D. & Prof. Ord. Tert. horâ nonâ matutinâ naturam atque vires Plantarum officinalium publicè exponet, & quarum copia hic locorum datur, vivas oculis studiosæ Juventutis subjiciet; Operam præterea suam gratis offert, cuicumque volupe est, dissertationem Medicam publicæ ventilationi submittere.

CHRISTIANUS LUDOVICUS CHARISIUS, Med. D. & Prof. Ordinar. *Publicè* diebus Suetis, à X. ad XI. horam, ante meridiem, in **AUDITORIO MEDICO**, de Pyrotechnia in nuce Prælectiones faciet, eque hac, modum conficiendi selectiora & praxi clinicæ inservientia remedia, horumve usum rationalem, Auditoribus fideliter inculcabit. *Privatim* pro Cursu Medicinæ feliciter terminando, pedem in laboribus huc usque actis indefessus movebit; quæ de causa, Praxin generalioreni ulterius, ea autem absolutâ, specialem exponet; Anatomiam item totius corporis humani, quovis die, per statas horas, singillatim & explicabit & demonstrabit. Disputationem insuper typis commissam, publicæ subjiciet dissentientium censuræ.

HENRICUS von SANDEN, Med. D. & P. P. Extraord. Facult. Medic. Adjunctus diebus G. & H. hora matutina X. in morbis partium solidarum jx. Nenterum explicandis perget. Privatim v. absoluto fere cursu Medico, novum cum quibusdam selectissimis Auditoribus inchoabit.

CHRISTIANUS FRIDERICUS Rast / Med. Doct. P. P. Extraord. iis, quæ adhuc in Anatomia explicatu digna restant, ad finem perductis *publicè* ab hora nona ad decimam antemeridianam Physiologiam tradet, *privatim* verò Chirurgiam enodabit.

HENRICUS REINHOLDUS WEGER, Med. D. & Prof. Publ. Ex tractata huc usque medicina forensi hoc semestri materias criminales *de torturis, veneficiis, infanticidio & vulnere lethalitate* publicè diebus G. & H. a X. ad XI. sive etiam alia auditoribus suis commoda hora explicabit. Ceterum artis medicæ ortum & progressum *in collegio historico* privatim tradere diu jam constituit, hocque ipsum iterum meditaturs, utrosque labores pro meliori intelligentia privatis auditorum ventilationibus subiecturus.

CHRISTOPHORUS DANIEL MELTZER, Med. Doct. & P. P. Publicè Junckeri Tabulas in materiam medicam die G. & H. hora ab Octava ad nonam matutina interpretabitur, cum exhibitione omnium ad eandem spectantium specierum. Privatim Compendium anatomicum Heisteri hora quarta post meridiem explicabit.

MATTHIAS ERNESTUS BORETIUS, M. D. & Prof. Extr. Aulae Medicus ac Societatis Scientiarum Berolinensis Membrum, expositis *publicè* generalibus de Physica Universalis, præterito semestri Historiam *Chemia, Pharmacia, Materie Medica, Botanica, Osteologia cum ejus partibus*, atque *Myologia* absolvit. *Privatim* in Physiologia Bœrhaaviana ad *Actionem Lienis* pervenit. Perget in utroque Collegio b. c. D. fideliter. Et quidem diebus G. & H. n. ab hora 8. ad 9. mat. tradet *publicè* Splanchnologiam cum omnibus ejus partibus; tum doctrinam de sensibus externis aggredietur. Disputare volentibus in Cathedra publica operam suam gratis offert.

M. JO. JAC. ROHDE, Log. & Metaph. Prof. P. Ordin. p. t. Fac. Phil. **DECANUS**. Hieme præterlapsa, quæ mei muneris erant, peregi, lectionibus enim publicis privatisque, adjunxi, *tria* specimina publica, *meis* profecto *sumptibus* edita, adhuc IX. dissertat. privatas, in quibus XLV. theses ex *Reimannâ Introd. in Histor. literar. Ante Diluv.* depromptas, edisserui. Imposterum hora VII. ad VIII. matutina, *publicè*, *Theologiam Naturalem*, binisque horis aliis, altera *Logicam*, altera *Ontologiam* explanabo, his omnibus ut publica jungam specimina, omnem operam *vehementer daturus*.

GEORGIUS THEGEN, Phil. Prae. P. P. Ordin. Academiae Senior, praeterito semestri in Lectionibus Publicis ad C. 8. Libri III. Instituti. I. N. & G. pervenit, sicque hunc laborem proximè Deo juvante, finiet, deinde pro placito Auditorum vel Doctrinam Moralem, vel Politicam in specie, legendo ac disputando singulis septimanis suscipiet, in Privatis quoque Lectionibus pro desiderio Auditorum paratus erit.

HENRICUS von SANDEN, D. Physic. Profess. Ordin. publice ad finem Physices Veronesianae fere pervenit, quae explicata, in Physicam Erotematicam celeberrimi Sturmii hora X. commentari incipiet, hancque semper, methodo consueva cum Experimentalis combinabit. Privatim v. novum Physicum Experimentuale ad ductum D. Lœscheri hisce diebus auspicabitur.

JOHANNES SAMVEL STRIMESIVS, Elogv. & Histor. Prof. Ord. ardore nonnullorum generosae nobilissimaeque indolis Juvenum excitatus, publicas praelectiones per hoc semestrem ita institutas est, ut, occasione *Observationum Historico-Geographico-Genealogicarum*, quas, quavis hebdomade vernaculo sermone, edere perget, Latini sermonis puritatem & elegantiam, propositis stili exercitiis, praecipue excolat. *Horam* huic labori, ex voto auditorum, pomeridianam quartam, quaternis quavis hebdomade diebus, destinavit. Privatim, operam suam desiderataris, in quavis scientiarum sibi demandatarum parte praesto erit, ansam etiam publice dicendi, vel differendi, iis, quibus volupe fuerit, praebiturus.

JOHANNES BERNHARDUS Zahn, Philof. & S. Theol. D. Linguar. Oriental. Prof. Publ. Ordin. Quae in nupero Catalogo promissae, per Dei gratiam fideliter praestitit. Scilicet publice ex *מנוח מלך מלכות* *Canticum Canticorum* & *tria capp. Libr Ruth* absolvit, huncque laborem in residuum *caput IV. Libr Ruth*, *איכה* seu *Threnos Jeremiae*, & reliquos libros biblicos, *מנוח מלכות* nempe & *מנוח מלכות* hora VIII. sedulo continuabit. Privatim fundamenta Linguae Sanctae explicavit, & in Analytica *Propheta Jeremiae* resolutione occupatus est hora III. pomeridiana. Praeter hunc vero laborem per instans semestrem vel novum Collegium Ebraicum fundamentale tyronibus aperiet, vel, in Ebraicis versatos, in *Chaldaicis & Syriacis*, *Accentuatoria Ebraea* aut *Rabbinicis* exercebit; nulli Officii sui Professorii parti defuturus.

JOHANN. VALENT. PIETSCH, Prof. Poes. Ordin. Ultimum Horatii Librum hora 2da Pomeridiana Publice, Poeseos leges privatim vernacula lingua illustrabit.

CHRISTOPHORUS Langhansen / D. Mathem. Prof. Ordin. Coll. Insp. praeterito semestri hiberno non modo Geometriam ac Trigonometriam, prout promiserat, sed etiam partem mechanicam absolvit; nunc solita hora a X. ad XI. quae in mechanica restant, & hydrauliticam, cum aërometria & hydraulica docebit. Praelectiones in Mathezum post preces Alumnorum continuabit, disputationes solitas intercalaturus.

JOHANNES BEHM, D. Graec. Lingv. Prof. Ordin. in praelectionibus publicis hora II. ad III. Epist. ad Romanos analytice pertractabit, usumque canonum philologicorum e Glassio haecenus explicatorum monstrabit. In privato autem collegio graeco fundamentali quae adhuc ex Evang. Joh. restant expediet, novumque pro lubitu Auditorum auspicabitur.

CHRISTIANUS GABRIEL Sischer / Prof. Phys. Extraord. Auscultationes ad Wolfii seu *Philosophiam universam* seu solam *Physicam* quibus placuerint, in crassino conventu hora secundam pomeridiana conditiones dicet. Legit publice diebus G. & H. hora IX.

M. THOMAS BURCKHARDUS, Poes. Profess. Publ. ad ductum Celeberrimi Rostochiensium Philosophi **EPINI** in Introductione ad Philosophiam, Collegium aperiet *Dialectico-Analyticum*, ut & *Ethico-Politicum*, omnia perspicue explicaturus, factaque collatione sententiarum, **PUFFENDORFFII**, **THOMASII**, **BUDDEI**, **WOLFII** aliorumque recentiorum id operam dabit ut excussio Scepticismi, & praedudiciorum jugo optima firmissimaeque eligantur veritates, quas exemplis theologicis, & politicis succincte semper illustrabit. Sed & privatas lectiones *Styli Romani*, *Oratorio civiles*, & *sacrae*, *Poetico-vernaculas*, itemque Collegium *Disputatorium* facta disputantium preparatione, habebit. Publice autem diebus Mercurii & Sabbathi a 2-3. elaborationes Auditorum poeticas sedulo emendabit.

JOHANNES ADAMUS GREGOROVIVS, Phil. & J. U. D. P. P. Juris Nat & Gent. Politices & Moralium Adjunctus. Publicè hora consueta tertia, *Monarchiam Pontificis Romani*, ad ductum **PUFFENDORFFII**, *Historico-Politicis* observationibus illustrabit. Privatim vero, concatenatos quamvis labores suos, indefessus, in commodum conceditæ sibi juventutis, continuabit.

ABR. WOLFIUS, P. P. publice a X. ad XI. diebus Mercurii & Sabbathi *librum Jobi* interpretabitur, ex desiderio quorundam. Privatim *Jeremiae* & *Ezechielis* vaticinia explicabit; ac Oratorio-Sacrum aperiet.

GE. HENRICVS RASTIVS, A. M. Mathem. Prof. Publ. Extraord. & Societ. Scient. Berol. Collega, cum variae causae promissae in elapso semestri Lectiones impedirent, harum loco **EVCLIDI** explicando diligentem operam navavit; iam Cursum, ut vocant, Matheos integrum tradere in animum induxit, proxima die Mercurii ab hora IX. ad X. publice initium huius laboris facturus. Faxit **DEVS** feliciter! Si quis & priuatam eius in Mathematicum disciplinam informationem requisierit, neque huic, quantum in se est, deesse studebit.

JOANNES ARNDIUS, E. & H. Pr. Mercurii & Saturni diebus, hora IX. historiam *Polonicam* publice exortus est fideli novissime actorum recensione, cui deinde descriptiones regni geographicas de situ, amplitudine, finibus, provinciis, & naturali terrarum conditione, adjunxit. Nunc vero consideratione politica de Reip. forma, statibus publicisque juribus, preparationem istam absolvet, historiam ipsam secundum regum seriem traditurus e *Pastorii Floro* *Polonico* acceptam. Privatim, iisdem diebus, hor. X. XI. disputationibus & declamationibus auditores suos exercebit & exercebit. Ceteris diebus singulis, hora IX. genuina eloquentia Romanae fundamenta & ornamenta, ex auctoribus Romanorum eloquentissimis, ponit politice; Hora X. in Phil. Colleg. politicis doctrinis occupatus est: Hora XI. digniores e novis publicis materiis plenius illustrat; Hora III. p. m. Nova Publica geographica, historica & politica observationibus persequitur; Hora IV. variorum argumentorum elaboratione suos perficit. Praeterea, institutionibus per varias eruditionis partes, contubernalibus suis usquequaque praesto est.

CHRISTIANUS HENRICUS Götcher / Gr. Lit. Prof. Publ. in collegio publico, futura die Mercurii dista **M. T.** in *Girberti Syntagmae* extantia analysi Grammatica & critica explicabit, emphasesque & idiotismos sermonis graeci occurrentes annotabit. Legit a X. ad XI. in lectionibus privatissimis jurisprudentiam naturalem modo capit, & si sufficiens Auditorum numerus fuerit, Graecum fundamentale inchoare constituit.

COELESTINUS CONRADUS Neufelder / Prof. Hist. Litter. Publicè quoad per Auditorum praesentiam licuit in *Historia Philosophiae antiquioris* per elapsam semestrem se suosque serio exercevit; jam Lectiones publicas, I. ad II. exhibebunt *Recentioris Philosophiae Historiam Criticam* respiciendo magis ad reformantes quam novitantes philosophos. Privata & Privatissima Collegia tam in Aristotelica quam Eclecticis Philosophia in oratione Historica officiose offert se suaque Studia Nobiliss. Studiosis commendat.